MISSALE CLAUSTRONEOBURGENSE
Klosterneuburg, um 1300/1460 Seite 71r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In natiuitate dñi

Per omnia secula seculorum Amen Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo Sursum corda Habemus ad dominum Gratias agamus dño deo nro Dignum et iustum est

Vere dignum et iustum est equum et salutare Nos tibi sp et ubiqz gras agere dñe scte pr omnips eterne deus Quia p incarnati verbi misterium noua mentis nre oculis lux tue claritatis infulsit Ut dum visibiliter deum cognoscimus p hunc in inuisibilium amorem rapiamur Et ideo cum angelis et archangelis cum tronis et dñacoibus Cumqz oi milicia celestis exercitus ymnum glie tue canimus sine fine dicentes

In epifania dñi

Veterne deus Quia cum unigenitus tuus in substancia nostre mortalitatis manifestus apparuit noua nos immortalitatis sue luce reparauit Et ideo Tpe quadrages

Veterne deus Qui corpali ieiunio vicia comprimis mentem eleuas virtutem largiris et pmia p xpm dnm nostrum Per quem maiestatem tuam laudant angeli adorant dñaciones tremunt potestates Celi celorumqz virtutes ac bta seraphin socia exultacoe celebrant Cum quibus et nras voces ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes

In festo pasce

Equum et salutare Te quidem dñe oi tempe sz in hac potissimum die gloriosius predicare cum pasca nrm ymolatus est xpus Ipse enim verus est agnus qui abstulit pcta mundi Qui mortem nram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparauit Et ideo In ascensione

Per xpm domini dominum nostrum Qui post resurreccionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit Et ipsis cernentibus est eleuatus in celum ut nos claritatis sue tribueret esse participes Et ideo In festo penthecostes

Per xpm dominum nostrum Qui ascendens sup omnes celos sedens qz ad dexteram tuam promissum spm scm hodierna die in filios adopcionis effudit Qua propter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat Sz et supne virtutes atqz angelice potestates ymnum glie tue cocinunt sine fine dicentes De sancta trinitate

Veterne deus Qui cum unigenito filio tuo et spu sco unus es deus unus es dñs Non in unius singularitate psone sed in unius trinitate substancie